pter sui grossitudinem, secundum vero quod quis habet  
spiritum visibilem magis grossum et turbidum tam  
to difficilius est et debiliorem habet videndi ac  
tum. Item consideratur oculus secundum co  
loris variationem, quia secundum anst. li. iiij.

*Handwritten red notes and a flourish.*

*Handwritten red flourish.*

*Oculi nigri aut horis sunt visus*

Oculi in principio generationis habent virtutem colorem, deinde mutantur in nigredinem vel glaucitatem vel quemadmodum medium colorum in eis indecentem. Nam si fuerit humor multus et spiritus visibilis paucis in aliquo accidente perturbatis, color niger in eo fortificatur. Si vero fuerit humor paucis et spiritus visibilis debilis, erit color glaucus. Nam (sicut dicit aristoteles) glaucitas quidem oculorum motus debilitatis est. Si autem fuerit humor mediocris et spiritus fuerit temperatus ex causis convenientibus ad albedinem et nigredinem color erit varius. Oculi igitur si fuerint nigri, de die erunt visus acuti, propter luminis et humoris in organo visus aggregationem, de nocte vero erunt obtusi, quia lumen noctis est debile et humor nocuus est naturaliter grauioris motus. Et dicit aristoteles. Oculus vero glaucus e contrario debilis est de die, de nocte vero fortis quia cum materia glaucitatis ex se sit lucida adiuncta luce diuine multum disgregatur, et ideo in actu videndi manente luce spiritus visibilis debilitatur. De nocte vero visibilis in oculo coadunatus, claritate intra humorem paucis et tenui modo recedente permanet in oculo potentia videndi et iterum obscura aliquantulum iudicanda, ut patet in munitione legis. Item consideratur per partium circumstantium dispositionem sicut ex alijs, et supralijs quia si fuerit oculi, scilicet alia cooptoria intus carnositas et humor superfluo repleta visum impediunt, quia huiusmodi alia aerem grossum propter paruitatem sui motus non intradunt. Si lacrymale quod se quitur ad angulos oculi fuerit multe carnositas, sicut accidit oculi milui, signatur astutia et fortunatio mala. Alias proprietates oculi que re supra tractatu de sensu visus, et de oculi compositione et effectu dicta sufficiant.

**P**upilla secundum Galienum, lib. 11, c. 11, est medium punctus oculi ubi est visus videndi in qua quia parue imaginis videntur pupilla appellatur, parvuli enim pulli appellantur. Vocatur autem pupilla eo quod pura sit et impolluta ut puella. Dicunt autem philosophi easdem pupillas quas videmus in oculis perituros non habere quibus non visus certa desperatio est, habet autem circa se quedam circulus que corona dicitur qua discreta nigredine albe pres oculi a pupilla separantur, hec corona rotunditate sui ornati ambitu pupille et in ipsa consistit maxima oculi pulchritudo, huiusmodi est. Sicut autem dicit Galienus, pupilla est in qua formantur imagines eorum que videntur in oculo, omnia autem que sunt in oculo

et tunicis et humoribus aut sunt iuuantia pupillam aut ei seruientia, et ideo sedet in medio omnium ut regina, parua siquidem est pupilla in quantitate, maxima tamen est inter omnia membra in virtute, et ideo maxima sicut et minima comprehendit, interius a spiritu a cerebro veniente, exterius vero a lumine immutat, unde mediante luce rei obiecte speciem in se recipit et receptam anime iudicio transmittit. Nam a singulis partibus rei visus confluunt linee que faciunt pyramidem cuius conus est in pupilla et basis in re visa, sicut supra de visu est ostensum, quere ibi, hec pupilla omnium colorum et figurarum respectu superficiem exprimit etiam est distinctiva et diiudicativa, in medijs coloribus et figuris siue formis delectatur. Corruptis autem in extremis aut saltem propter disconuenientiam contristatur, ut dicit philosophus. Item omnia que extra ipsam sunt sibi obiecta videt et diiudicat seipsam autem nunquam videt per lineas rectas super quas venit species rei visus ad visum, sed quando se videt, hoc accidit per radiorum reflexiones, scilicet quando primo multiplicatur species rei visus a re ad speculum et a speculo fit reflexio ad visum (sicut dicit auctor perspective) et ideo forsitan spiritus visibilis in aspectu speculi delectatur quia per radiorum reflexionem quasi in se reuertitur fornicatur, et quodammodo roboratur. Item pupilla omnia sub angulo comprehendit quia siue radij a pupilla ad rem visam exeant siue a re visa ad pupillam redeant semper in pupille medio siue centro tanquam in cono angulariter vniuntur, nam angulis duarum linearum alterius est contractus et ideo omnes linee per quas formatur visus vniuntur et quasi angulariter a pupille cono, ideo bene et proprie dicitur a philosopho quia oculus omnia videt sub angulo. Item inter omnes pres corporis maxime est sensibilis et propter nobilitatem sue complexionis maxime est passibilis, et ideo citissime leditur sed difficillime reparatur, et ideo natura dedit ei naturam defendendi, scilicet tunicas et cooptoria ut sic resistant facilius carni interius vel exterius inferentibus lesionem. De his autem oculi et pupille passionibus, quere infra in tractatu speciali, lib. vi.

**C**ilia sunt oculorum tegmina a celando sic dicta eo quod oculos tegant et celantur custodia, ut dicit Galienus, lib. 11, c. 11. Sunt autem alia in substantia nervosa et tenua propter facilitatem motus, quia suo motu continuo aerem intradunt et sic a lesione aeris exteri custodiunt oculos et defendunt, hec alia palpebre dicuntur quia palpitando semper mouentur, assidue enim ad inuicem concutunt ut assidue

## De partibus hūa. corpo.

motu residant obtutum. vt dicitur tam p̄stā. q̄ p̄sodo. sunt munitae palpebre villis. pilorū vt apertis oculis si quid incedit vel occurrat repellatur et vt inuoluntis ipsis securus et quietus dormiamur. Item vt aerem medio ceter intersidendo viuificent et sic visum serenum custodiant et cōseruet. huic q̄ **I**sidus. c. h. supra dicto. Secūdam constan. aut palpebre habet pilos nō omnino rectos sed in extremitatibus medio ceter reflexos et hoc ingemata est natura vt habilius se claudent et forius si quod impedimentum occurreret ei efficacius obuiarent. Item hec alia in crescendo determinatam habet quantitatem a natura. et ideo eorum pili non se extendunt nec cresunt vt capilli. Sed determinatā habent portionem. et ideo secundum constan. palpebre nō sunt molles nec porose sed potius dure vt pili crescentes sint duri et reflexi et nō nimis in crescendo se extendat sicut herba crescēt in terra dura modica fit et creta et non illa que in terra molli. Pars palpebrarū et alia fecit natura. vt essent corpori ornamenta et oculis iuuantia. Unde dicitur ansto. li. iij. q̄ omne animal generans et solum habet pilos in palpebris. et omne animal quadrupes claudit oculum per palpebram superiorē. auis autem loco palpebre habet quoddam coopertium ad custodiā sensus visus. et claudit oculū p̄ telā quādam appropriatam extremitatibus oculorum. et quia natura oculi est aquea et humida indiget tali custodia. Item omnis auis claudit oculū palpebra inferiori. sed animal quadrupes a superioris. Item omne animal carens palpebris est debilis visus. vt patet in piscibus / leporibus / et bmoī. vt dicitur ansto. li. iij.

**S**uper alia sunt dicta eo q̄ alij sūt supposita. que ideo pilorū multitudine sunt vestita / vt sint oculis iuuantia ad depellendū humorem vel sudorem de capite influentem. Inter alia vero est illud medium spaciū quod est inter sup alia siue pilis (vt dicitur **I**sidus. li. iij.) Sunt autē sup alia aliorum iuuantia (fm constan.) ne quid nocuum extrinsecus adueniat p̄hibentia. sūt et honestantia / q̄ nullus sine eorū p̄sentia decorat. Dabent autē sup alia quanda vim latentē passionem a se iudicantiam (fm ansto.) q̄ cum fuerint sup alia recta sicut linee p̄cedūt feminea mollitiem vel animi leuitatem. Item super alia dimissa et nimis pressa vel depressa signant inuidiam. sicut dicitur ansto. li. i. Item sup alia eleuata et in pilis spissa amsositate p̄cedunt. de paupata vero a pilis et oblonga timiditatem. Item si fuerint spissa et longi pili visum

quodam modo obumbrantia excessus caloris signant. Item si fuerint multe carnis et pauce pilositatis sensum durum signant et obtusum et frigiditatem in mēbris principalibus dominātem. Item si fuerint pilis spoliata aut interiore signant sanguinis corruptionem. vt patet in leprosis. aut naturalis humoris cōsumptionem vt in eticis et similibus. aut meamū et uicinarum humorum opilationem. vt patet in castratis et dicitur crescere contra senectutem in tantum q̄ visum impediunt nisi resandatur vt dicitur ansto. li. iij. Item dicitur idem li. iij. In frequenti coitu nimis cadunt pili super aliorū vel albescant. quod quidem accidit p̄pter humiditatis consumptionem / et p̄pter defectum virtutis / et p̄pter frigiditatis cerebri augmentationem. Nam nimia siccitas caluiciem generat. super abundantans vero frigiditas caniciez introducit sicut supra dictum est.

**F**rons ab oculorū foraminibus est nominata. vt dicitur **I**sidus. Dec. n. quandam animi imaginationem et initium mentis sua specie exprimit dum leta vel tristis est. Secūdam autem veritatem essentialē est frons (vt dicitur constan.) os semicircularē nec multum durum nec multum molle. q̄ ideo fuit necessarium. vt esset temperamentum ne lederetur vicinitas oculorum. pelle autem extrinseca tuta est ad sui defensionem ad aliorū organorum sensibilibus continuationem et ad tonus capitis decorationem. totius enim animalis virtuositas potissime in fronte lucet. Frons enim (vt dicitur phis.) sedes est veritatis et bonitatis. et hoc quidem est p̄pter vicinitatē imaginatione virtutis. eius virtute tristitia vel letitia. decentia vel indecentia rationis in dino subito deferuntur vbi vtriusq̄ discernuntur. Frons itaq̄ omnium nervorum a cerebro descendunt ad sensum p̄ficiendū quodamō tumis est et defensatum infra cuius concavitatem descendunt nemi ad omnia instrumenta sensum inferiorū quorum ministerio de omnibus obiectis sensum apud rationis domicalium fit iudicium. vñ secundum grego. Frons est dignissima pars capitis exterioris vbi imprimatur caracens si gnium salicet signum iustitie et salutis. vt signaculum crucis quod quondam erat sup platum modo locū habet in frontibus imperatorum. Frons igitur bene disposita omnia p̄dicata manifeste sed si fuerit a medio ceterate degenerat alia fm phm pronosticat et figurat. dicitur ansto. li. i. Qui frons fuerit magna signat ponderositatem dedinantem ad stultitiam et quā si fuerit medio ceterate parua signat bonitatem et iustitiam.



sed quando nimis eleuatur & quasi in superfi-  
cie rotundat/ excessum signat colere & feruoris  
& tales sepe dispositi sunt ad colericas passio-  
nes sicut ad semel/ & furorem. Frons autem  
respectu aliorum mebrozum faciei modice est  
carnositas & pinguedinis. cuius causa est (se-  
cundum baly. & aristo.) qz carnositas & pin-  
guedinis supfluitas impediunt intellectu. et  
ideo nimia carnositas in fronte cum quadam  
reluctantia & extensione cutis signum est corru-  
ptionis. vt patet in leprosis. Item nimia frontis  
atenuatio / & superficialis pellis corrugatio i-  
teriorē designat cerebri defectum / & humoris  
substantialis finalem consumptionem. vt patet  
in antiquis senio vel morbo longissimo tem-  
pore inania.

**T**impus vel timpa dicunt illa capi-  
tis membra ad dextram sinistram  
qz capitis adiacentia. que sic dicuntur.  
quia sui mobilitate continua quasi interval-  
lis tepozum immutat. vt dicit Galeno. li. xi. c. ij.  
Sunt autem tempora tria constan. ossa vni-  
uersa posita in lateribus oculorum constituta / que qui-  
dem aliquantulum sunt mollia & nervosa. & h-  
sunt necessarium ppter sensum & motum oculo-  
rum pficiendum. Nam p tempora ad instrumē-  
ta sensum medianibus nervis spūs animalis  
defertur / & p eandem antonomiam spūs vi-  
talis per quasdam arterias a corde ad cerebri  
demandatur. vnde ppter nervorum sensibilitū  
& ppter arteriarum venarūqz pulsilitium i lo-  
co temporum colligantia sunt passibilia & fa-  
cilia ad lesionem. vnde animal percussum i lo-  
co temporis de facti moritur. qz (sicut dicit ar-  
isto. li. xix.) percussio que cadit super ossa tempo-  
rum mortalis est. qz si in eis contingat vuln-  
animal perditatur. & hoc accidit. qz humor q-  
est in temporibus cito exit. ppter ossium tenui-  
tatem / & tempora citius canescunt ppter hūo-  
ris paucitatem & siccitatem in eis dominantes  
& ppter conuertibilitatem ad naturam frigidita-  
tis. Item tempora interius villosa sunt aliquā-  
tulum. vnde humorem a cerebro venientem re-  
cipiunt / signum & somnum oculis inducunt. et  
si illi villi fuerint compressi / per diuagationem  
cōtenti humoris / oculos lacrimari faciūt.

**A**uris est instrumentum auditus &  
est dicta auris a vocabus hauri-  
endis. quia greci ipsam vocem au-  
densidē vocant. Unde dicuntur aures quasi au-  
des. vox enim repercussa per eam in aures  
administrata sonum facit quo sensum excipi-  
unt audiendi. Summa auris particula dicitur  
pinnula. pinnam enim antiqui acutum vo-

erant. **De** Galeno. Est autem auris proprie que  
dam substantia cartilaginea que duabus cau-  
sis fuit necessaria. Defendunt enim ne quid no-  
cium in auditu cadat. sicut oculos defendit alia  
Præterea auditum adiuvant. Nam vox pas-  
si acris cum venit ad cartilagineam ibi fortiter co-  
adunatur vnde intrat foramina que sunt audi-  
tus propria instrumenta. Sunt autem hec foramina  
in petroso osse constituta / in quibus nervi de-  
scendentes a cerebro sunt infixi sensum & motum  
aurebus deferentes & immutationē vocis i fo-  
raminibus receptam iudicio anime deferentes. &  
sunt hec foramina sicut rotular transuersa. Et  
hoc ne frigidus aer nimis cito intret & interio-  
res panniculos sine nervos ledat. & ne aliq-  
nocuum incidat / quod auditus impediat instru-  
mentum (vt dicit in panthe. li. iij. c. xv.) patitur  
aurebus multipliciter. qz aliquādo per aposte-  
riate in aure existente. vnde & sanies egreditur  
ab aure. Item ex venibus foramen ab extrin-  
seco intrantibus. vel ex putredis humoribus in-  
trinfecus nascentibus. quorum signū est purigo  
intra aures & nullatio & sentit eorum motum  
Item ex superflua carne atqz venuca panis au-  
ricula quādo mali humores in ea coadunant  
Item patitur ex mala dispositione nervi aure  
ingrediens. sicut patet in sonitu & timitu ce-  
brui. que contingunt ex ventositate in panni-  
culis cerebri se daudente in pre nervi pncipalant  
Item patitur ex grossis humoribus illic se mo-  
uentibus. & tunc sentitur gravitas capitis atqz  
sonitu et timitu. Item deficit auditus ex defe-  
ctu virtutis audibilis vel ex corrugatione & co-  
trectatione nervi sensibilis. sicut in senibus co-  
tingere confuevit. Item aliquādo fit surditas  
cum puer procreatur in utero quando natura  
negligit instrumentum auditus perforare. & h-  
est ppter sui defectionem / vel ppter naturam  
quam inuenit sibi natura inobedientem. Item  
patitur ex acuta egritudine cum colericis humo-  
res ad cerebrum ascendentes auditum impedi-  
unt. hoc adiuuat si per digestionem colera pur-  
geat. vnde dicit in amphob. Surdis si solu-  
tio colerica subuenient surditatem tollit (huic  
qz constan. Item dicit aristo. li. xix. instrumentū  
auditus plenum est spū naturali. qz sicut spūs  
naturaliter facit in venis motum pulsatilem /  
sic in aure facit virtutem auditus. & ppter hoc  
addiscunt res per sensum auditus. & dicitur  
ibi qz creatio aures fuit manifesta tela & conti-  
nēs fuit tenuis & hoc ppter subtilitatem ipsi-  
auditus. Debilitatur autem auditus temporibus  
humide completionis & precipue in frequē-  
ter coctibus. & hoc ppter turbationē spirituum

qui p̄ficiunt audiriū (nam vt dicit aristo.) fre-  
quens nimis cōtus corpi & cordi nocet. Idem  
dicit baly. Item fm aristo. li. xij. In rōnali ani-  
mali aures ponuntur naturaliter in medio capi-  
tis rotundi. qz aures nō in vna pre recte / s; po-  
tus vndiq; vocū & sonozum differentias con-  
prehendit. In aialibus vero quadrupedibus  
que caput habent inclinātū ad terrā & non sūt  
elevatoris corporis sunt aures in superiori parte  
capitis. vt patet in bobus / in asinis / & in eqs;  
& motus auricularū h̄mōi aialium sunt multū  
ppter eleuationes sui loci. & qz multū mouent  
in partes diuersas recipiunt sonū repercussione  
mulca. Item idē aristo. ibidem. Nullū animal  
ouans habet auriculas exp̄ctas n̄bilominus  
tū habent aial talia quasdam vias occultas.  
et enā volatilia aures carēt exterioribus / ha-  
bent tū foramen manifestū & viā apertā p  
quā audiriū p̄fectissime celebrantur. Item bo-  
mo inter oia animalia habet aures minus mo-  
biles & etiā secundū dimensionem situs h̄e-  
riori / sed quō ad audiendū maxime sūt effi-  
caces. (vt dicit li. i.) Et hoc est ppter bonitatē  
cōplectōnis. vnde quādo nimis est excessus in  
aurebus boīs in magnitudine alijs signis con-  
currentibus / signum est stoliditatis & tarditatis  
intellectus. (vt dicit aristo.)

**N**asus est instrumentū olfactus fm  
Aristo. a naribus aut dicitur nasus.  
nares autē ideo sic vocantur / vtp eas  
odorifera & quasi spūalia odorifera / & inter fe-  
ridū & odoriferum discernamus. vnde qz odo-  
rifera nobis per eas manāt / nares dicuntur. sicut  
p contrarium inscū / & rudes acinexpertū / igna-  
ri quasi sine nare sunt dicit. Nasus autē duo h̄z  
foramina fm cōstan. que quīdem p quādam  
substantiā carnalaginofam ad inuicē sunt disti-  
cta. Et horum foraminū vnū ad concavitates  
palati tendit. alterum vero superius ad pellicu-  
las cerebri vadit vt aerē attrahat cerebro & de-  
ferat ipsis naribus spūm aimalē ad sensus odo-  
ratus p̄ficiendum & adducat. Primum ergo  
foramē fuit necessariū ad eijcendas supfluita-  
tes a cerebro venientes. Aliud vero ad spūm  
attrahendū / & odoratum p̄ficiendū. Sunt tū  
pprie instrumentū odoratū due carniale que  
dependēt a naribus in modū māmillarū / que  
primo aerē attractū in se recipiunt / deinde ad  
interiorem partē cerebri transmittūt. His au-  
tem carnialibus subsensūt nares exteriores ae-  
rem. s. attrahendo & intra se inducendo / sub-  
niliando / vt tanto facilius & p̄fectius immutes  
in organis odoratus. neruus enī a cerebro ve-  
niens illa duo p̄bera nasi subintrat & eis anū

malē spūm administrat. vt dicit constan. Fi-  
mus igitur med iate aere per nasum attractus  
spūi aimali se associat / qui immutat illā im-  
tationem in cerebro aīme iudicio representat.  
Nasus igit (fm cōstan.) fuit necessarius ad ac-  
tem tempore attrahendū / ad cerebrum per sua  
emūctōia expurgandū / & ad calozes immaturū  
ī venticulis cerebri tēpandū / necnō ad discemē-  
dum fumū a quacūq; substantiā resolutū / redo-  
lentem suauiter acferentē. & ideo fm aristo. li.  
xij. Sensus olfactū est diuisus sicut sensus au-  
ditus. et si ita nō eēt nō faeoz op? ppositū et  
sensus olfactū nō eēt nisi ppter attractionē ae-  
ris in aimali habente nasum. Et hoc mēbrum  
s. uasus in medio est. s. anteriori parte capitis.  
& ppter hoc posuit natura nasum in medio tri-  
um instrumentū sensibiliū quasi trunnam po-  
sitam ppter motū anhelitus alijs sensibus ne-  
cessario. Recollige igitur breuiter ex predictis  
qz nasus est mēbrum siue officiale organum ae-  
ris attractiū & emissiū / inter odores discretū  
uū / grossarum supfluitatū cerebri purgatiū  
spintui aimali ministratiū p attractionē ae-  
ris pulmonis dilatiū & contractiū. (et ideo  
fm cōstan.) Nares posite sunt ex trāuerso / &  
non ex opposito pulmōni. vt si frigidus aer quī  
qz subeat / pulmōnem subito non ledat. & si qd  
cum aere sicut puluis vel cinis intrauent / pul-  
mōni abesse non possit. Et etiā nasus (vt di-  
cit grego. super cantica.) faciei maximū ornam-  
tum / ita qz eius carentia tota facies debonestat.  
Debet autē dispositio nasi esse mediocritas ita qz  
in longitudine latitudine / altitudine modū  
bitum nō excedat. Nam si nares fuerint nimis  
tenuēs vel late / multi aeris attractione ferroata  
tem animi pretendunt & mētem indignantem  
Ex dispositionibus enī mēbroz corpis su-  
munt p̄nostica iudicia de affectionibus mētis  
sicut dicit in p̄ncipio visonomic. Inaz accide-  
tia mētis sepe immutant fm accidentia corpis  
sicut vinum albū ex vitro tūbeo cui infunditur  
colorē contrahit & rubozem. & ideo mediocritas  
dispositiōnis mediocritatem designat bonita-  
tis. (sicut dicit visono. in lib. suo in p̄ncipio.  
Impeditur autē nasus in suo effectu sicut dicit  
galie. super p̄nostica. sibi nares acuti / oculi con-  
cavi & c. ppter vehementiā calozis humiditātē  
cōsumētis. vnde & acūntur nares & pfundū  
tur oculū in acutis. & est signū mortis. & accidit  
idem naribus (sicut dicit galie.) quando caloz  
naturalis est ita debilis qz non pōt se expande-  
re ad extrema. ideo p̄sequitur qz spūs & sāguis  
nō p̄currant ad extrema. & ideo ppter frigiditā-  
tem mōrtificantē cōstringunt mēbra & ceartant

et accidit acumen narium quod est signum pessimum  
 et mortiferrum in patientibus acutam. Item im-  
 peditur nasus (ut dicitur constan. lib. ix. c. xv.) ali-  
 quando ex mala cerebri dispositione. aliquan-  
 do ex ueni odorabilis opilatione. aliquando ex  
 humorum feridorum et corruptorum in carnialis  
 narium repletione. quandoque ex carnis supflue  
 corrupte in foraminibus nasi generatione. ut patet  
 in polipposi et leprosi. hec lesio non solum le-  
 dit olfactum/ verum etiam facit minorationes  
 vocis. aliquando patitur ex nimio fluxu humo-  
 ris a ventriculis cerebri defluentis. et hoc vel ex  
 caloris dissolutione/ vel ex frigiditatis nimia  
 constrictione. sicut patet sepius in cataro. ali-  
 quando ex nimia repletione et acumine sanguis  
 ora venarum nasi aperientis. unde de naribus  
 fluit sanguis tametsi fluxus maxime per nares in  
 multis egritudinibus cum est dissolutionis mor-  
 bi et certum iudicium conualescentie et salutis.  
 ut patet in acutis febribus que per fluxum san-  
 guinis narium sepius terminantur. Et in am-  
 phorif. dicitur paritilla. vi. Pulchre deficiunt  
 bus naris sanguine et naris? fluere est bonum  
 Et sunt inferiores partes oculorum  
**G** unde barbe inchoant ut dicitur Ili-  
 lib. xi. c. ij. Genos enim grece bar-  
 ba dicitur. eadem enim partes dicitur maxille/  
 que per diminutionem a malis sunt dicte. male  
 enim eminentes dicuntur sic oculi partes ad eor-  
 ptectionem suppositae. Locata autem sunt male  
 siueque in rotunditatem prominent infra oculos/  
 quam greci mala appellant siueque sunt supra  
 maxillas/ unde et a malis diminutive dicitur  
 maxille. sicut apud papillus. sicut dicitur Ili-  
 Sicut autem maxille siue genae sunt compositae  
 et ossibus interius compositae. et harum ossa  
 carneo cerebri sunt coniuncta. que ideo de varijs  
 et multis frustulis composita sunt ne alia lederentur  
 si unum aliquid pateret. exterius autem sunt cal-  
 lide et carnosae/ ut frigiditatem ossium et cartila-  
 ginum auent et narium temperent. et ut organum  
 sensibilibus sibi vndique adiacentibus suo ca-  
 lore formam administraret. et ideo maxille oca-  
 lis supponuntur ad eor- ptectionem. In medio  
 sensum sunt posite propter numerum administra-  
 tionem. calide sunt et carnosae/ propter frigidita-  
 tis instrumentorum sensum mitigationem. candi-  
 de sunt et rubicunde/ propter ornamentum faciei et vultus  
 compositionem. Maxima enim pulchritudo ho-  
 minibus resultat in genis et maxillis maxime  
 sicut dicitur constan. )ponissime hominis ostendit  
 tur complexionem que si fuerint multum rubi-  
 cunde/ mixte cum temperata albedine et in substā-  
 tia non nimis crasse sed medio crasse cali-

dam et humidam preterdunt completionem et ipsi  
 us temperantem. Si vero fuerint in calore al-  
 bide sine alio rubedinis admixtione/ et in  
 substantia pinguis et molles/ et fluide frigidita-  
 tis et humiditatis ostendunt excessum. Si vero  
 fuerint fusce in colore aut estive. in substantia  
 autem tenues et macilente duntaxat designant sic-  
 tatis nimie et caloris. ut patet in colericis. Si  
 vero fuerint quasi liuide in colore et in substā-  
 tia caribus de paupate/ excessum signant sic-  
 citatis et frigiditatis. sicut in melancholicis vide-  
 ri potest. nec solum dedarant complexionum di-  
 versitatem/ verum etiam animi et affectionum noti-  
 ficant qualitatem. Nam secundum animi affectiones  
 ex subito timore vel gaudio palefacit vel rube-  
 scunt subito. Nec constan.

**B** Barba (ut dicitur constan. ) faciei vultus  
 est ornamentum. unde apparet et  
 cooperiens maxillas in vna parte  
 est ad ornamentum/ in alia ad maxillarum adiuro-  
 rium et famulatum. Nam sua pilositate nenas  
 maxillares tectur a nimia aeris frigiditate/ et  
 ideo maxillarum necessarium est tegumentum. barba  
 vigoris et caloris naturalis est iudicium. Et B  
 est causa quare vir et non mulier barbescat/ quia  
 masculi feminis naturaliter sunt calidiores. et  
 ideo in masculis fumus qui pilorum est mate-  
 ria magis augmetatur. quam quia natura non suf-  
 ficerebat consumere expulit per duo loca. scilicet per ca-  
 put et per barbam. unde accidit aliquando muli-  
 eribus calide et humide complexionis. quia videtur  
 tur barbescere. et contrario fit in masculis frigi-  
 dis et sicis quod barbescat parum. unde et enuchis  
 non crescit barba quia perdidit illa membra cali-  
 diora que calidi humoris et fumi (qui pilorum  
 est materia) sunt generatiua. Et quo patet quod  
 barbe spissitudo caloris et humoris substantia  
 lis ac vigoris est iudicium et differentie sexuum  
 certum experimentum. In pueris autem non crescit bar-  
 ba quantum calidi parvuli sunt et humidum. quia fu-  
 mosa supfluitas que pilorum est materia transit  
 in augmentum et numerum puerorum. (hucul  
 quod constan. ) Secundum vero aristo. libro. xii.  
 Pili barbe sicut et capilli in sua dispositione re-  
 presentant qualitatem vaporis vel pinguis hu-  
 moris ex quo generantur quasi si fuerit humor fu-  
 mosus calidus et sicus erunt pili barbe sicut et  
 capilli crispi in se reflexi et involuti. et hoc acci-  
 dit quod per duas vadunt vias contrarias. quia  
 pars terrestris mouetur ad partes inferiores ca-  
 lor mouetur ad superiores et sic involuntur pi-  
 li et erunt pili crispi propter debilitatem suam. et  
 hoc accidit propter paucitatem humiditatis et  
 multitudinem partis terrestris. unde et interio-

*Quare uir barbescit  
 et non mulier*

*Quare iuvenes non  
 barbescunt*

## De partibus humani corporis.

calore conugantur et inuoluuntur. Si vero fuerit vapor multum humidus/erit pili leues et longi. Nam humor cum lubricando donec pueniat ad pilos. et propter hoc pili et barbe eorum qui morantur in Francia sunt leues. nam eorum completio est hūda et aer continens eos est hūidus. **C**ontrario autem accidit in hominibus cerebrum siccum habentibus et habitantibus in regionibus calidis propter siccitatem aeris continentis. Item eadem ibidem alteratur color pilorum barbe secundum etatis varietatem. et ideo canescit barba in senectute propter debilitatem caloris et habundantiam frigiditatis. **D**efluunt autem quandoque pili barbe propter caloris et humoris interceptionem. ut in castis quandoque et corruptione humoris. ut patet in leprosis. Nam sicut dicitur idem aristoteles. casus pilorum similis est fluiti foliorum arborum et causa istius est diminutio humoris calidi et pinguis. et ideo non fluunt folia arborum in quibus est humor pinguis (butis aristoteles. lib. xix.)

**M**andibule a manducando sunt dicte ut dicitur Iulius. lib. xi. Mandibulum autem quedam est superior in qua dentes superiores insunt. quedam vero inferior in qua dentes inferiores radican. Et est proprium mandibule superioris quod in omni animali fixa est et immobilis excepto concada. i. cocodrillo/qui mouet mandibulam superiorem contra naturam omnium animalium/et fixam et immobilem tenet inferiores (ut dicit aristoteles. li. iij.) Sunt autem mandibule ex ossibus diuersis et etiam duris compositae nervis et lacertis variis conepre. et hoc fuit necessarium propter motus continuitatem et apertionem et clausuram necessitate ut dicitur constant. Sicut enim quasi due mole continete ad coherendum cibum et molendum se mouentes. unde toti corpori nutrimentum mandibule subministrant. Mandibule autem quibusdam periculis carnosiorum nervos que gingiue dicitur arcedantur vndeque et velantur. et hoc propter fortiorum dentium in maxillarum fundamentis radicationem/et propter nummenti nervis dentium administrationem et frigiditatis moderationem. Et dicitur gingiue (ut dicit Iulius.) a dentibus gignendis/ quod in eis dentes gignuntur et nutriuntur. facte enim sunt ad decorem dentium pariter et necessitatem ne nudi potius horrore existerent quam decori. Pellucida labiorum circumdantur quod fecit natura ut tam dentes quam maxillas non solum intrinsecus iuuarent/verum etiam a lesione extrinseca defenserent. contingit autem gingiuas corrumpi in animalibus aliquando ex negligentia/et quandoque ex putridis humoribus

infectis et corrumpi et tunc diuersas inferunt molestias et passiones ut fetorem dentium casum/vel relaxationem.

**L**abia sunt Iulius. a labendo sunt dicte quod autem superius est labium est. inferius labium. Sunt autem labia necessaria secundum constant. quod dentes nutriunt atque tegunt. Sunt etiam nervosa ex diuersis lacertis composita/ ut sic ad sensum et motum essent habiliora. Nam ad vocis formationem necessario se aperunt uel claudunt. quod illis abactis vel per aliquam opilationem vel contractionem aliquam impeditis verba perfecta non possunt formari. Item labia mollia sunt et camosa. et hoc duritiae dentium temperantur fuit necessarium. Dentes igitur et eorum nervi cum ex natura sunt frigidissimi nimis lederentur aeri frigido expostiti si non labiorum tegimine tuerentur. Item labiorum extrema sunt rubicunda. quod accidit secundum constant. propter aures labiorum subtilitatem/que de facili a calore sanguineo recipit quodammodo roseam qualitatem. unde rubedo labiorum signum est puritatis completionabilis et impurificationis turbati sanguinis et interioris virtutis. sicut conuerso labiorum liuiditas signum est defectionis virtutis et caloris naturalis. Item labia tenua sunt in substantia et subtilia ut sunt subtiliora ad motum et habiliora ad aerem nutriendum et intercedendum ne subito attractus interioribus sua frigiditate inferat lesionem. et ideo labia aeri frigido se opponunt et ipsum recipiendo depuratum reddunt ut sua uis et uoluntas ad interiora attrahatur. hoc dicitur secundum constant. Consimiles proprietates narrat aristoteles. lib. xij. circa finem ubi dicit. Labia hominis mollia sunt et camosa et separata possunt propter salutem et custodiam dentium/ et ut conueniant ad exitum sermonis. unde et labia duplicem habent usum sicut et lingua. cuius creatio est ad gustandum humidum et ad sermonem preferendum. sicut idem expresse dicit aristoteles. et ideo oportet quod labia sint hūda. quod si creatio lingue non esset talis dispositionis ad labia/ non possit lingua pertingere ad dicendos multos modos litterarum/ quod quidam ex eis dicunt per percussione lingue et etiam per coniunctionem labiorum. Et ideo necessaria fuit labiorum creatio/ ut optima esset nature operatio. et propter hoc fuit caro hominis mollis valde. quoniam homo est boni sensus tactus. i. et gustus magis quam alia animalia (hoc omnia aristoteles. lib. xij.) Recollige igitur quia labia sunt quedam tegmina dentium aucto diuina/ mollitie sua duritiae dentium temperantur/ vocis articulationem et litteralis formatuam aeris

*Quare hanc labia in  
eximitate et rubicunda*

frigidi vel calidi interceptiva sua rubicunditate vel lunditate defecus vel vigoris designativa virtutis interpretative ppria organa passio- num aine. s. odij et amicie doloris mistice et ptesiva. unde dicitur qd tremor labiorum i he- nesi et acutis morbis mortem pretendit (vt dicitur in pnosicis) Et hec de labijs sufficiant.

**M**entum est dicitur quasi mandibu- larum fundamentum eo qd inde oriatur (vt dicitur Isido.) menti autem vt dicitur constan. duo sunt ossa et ipsa innata sunt in medio vbi dentes subliores firmant qua- drupli at pares. **D**orum ossium extremitas duas habet furculas. vna est acuta cuius acu- men quoddam ligamen inseritur quod a latera- tere tymporum prenditur. per quod et bucca clauditur et aperitur. Altera vero furcula grossa est et rotunda cuius rotunditate mentum firmitur. vt dicitur constan. qd hoc membrum fuit neces- sanum ppter originem mandibularum et den- tium inferiorum radicationem et ppter volunta- riam aeris clausuram et apertionem fuit etiam co- ueniens ppter faciei coplectionem / pfectionem ipsius vultus consummationem. qd si fuerit pro- portionati fronti totum honestat faciem et de- corat. (bec omnia dicit constan.) In mento autem animalis maxima est fortitudo ppter ossis duri- ciem et uerorum copaginationem. et ppter for- tem dentium radicationem. et ideo bruta anima- lia se tangi per mentum de facili non pmittunt. nam mento cofracto tota eorum ferocitas quasi armis pditis eneruatur. (vt patet. i. Regu. xij) vbi dicit. Confregit dauid mentum vrsi et eru- it ouem de ore eius et c. hominis vero mentum p- tractari amoris et fidei iudicium est. ij. Re. xvi. **T**enuit ioab mentum amale quasi deosculas eum.

**O** est dicitur eo qd per ipsas quasi p ostium abos immitim? et spm fo- nis ciam? vel qd eo quasi de ostio sermones egredunt. vt dicitur Isido. **O**s etiam vt dicitur idem aine nuncius est qd illud ore expri- mimus / quod prius in mente concepimus. **E**st autem (vt dicit grego.) multis circūseptum cu- stodij. s. dentibus et labijs vt tot intermedij mens prius discernat qd pferat siue dicat vt p- us verbum nascat p lumen qd per linguam.

**F**uit autem oris nutrimentum necessarium (sm con- stan.) ppter nutrimenti susceptionem. nullū eni membrum in animali nutrit nisi in ore nutrime- tum prius recipiatur. **O**s eni primo abum re- cipit et masticando et imitando aptus digestio- ni stomacho transmittit. et ppter hoc natura fe- cit os humidum intrinsecus vt abi siccitas eius

humiditate facilius imutetur. fecit etiam os ner- uosum et medioarter durū et concavū / nervosū vt saporitas abi facilius sentiret. durum / ne ab- bi asperitate lederetur. nec tamē nimis durum esset medioarter / ne nimia duricia sen- sualitas gustus impediret. concavū autem et ro- tundū fuit intrinsecus / vt abus assumptus binc inde facilius moueret. et p dentes sine impedi- mento spūs transduceretur. **I**tem necessarium est os ppter aeris et spūs attractorem. aer enī attractus p os ipsius concavitate imutatur / de- puratur / et subtiliatur. et sic ad cordis refrigera- tionem p cānale pulmonis transmittit. sine cuius refrigerio cor pte nimio calorē incēditio vre- retur et destrueret. **I**tem necessarium est ppter vocis informationem. ad hoc enim est palatū oris concavū vt plecurum lingue facilius mo- ueretur / et ad vocem formandā expedite eleua- retur et deprimere. **I**tem vtile est ad grossam supfluitatē a cerebro et pulmone venientū cre- biam electionē. quibus per ostium oris eicatis vitalis spūs in corde et animalis in cerebro su- as complet actiones expeditis. **I**tem vtile est ppter mēbriorum nutribilitā a supfluis et one- rationem. quando ergo stomachus crudis hu- moribus onerata natura per vim expulsiva ope- rante p oris officium expurgatur. sicut dicitur con- stan. regalie. super illud ampboul. **I**n vomiti- bus et purgationibus que sponte fiunt si qua- lia oportet fiant. confert et bene ferunt si vero nō contrarium. **T**antū autem os (vt dicit con- stan. in viatico) quandoq; ex alijs mēbris sibi vicinis infirmantibus. patitur autem pustulas et vlcera et hmoi. ex corruptis humoribus aliū de ad buccam defluentibus. si rubeat ita qd nigre- dini attingat et caleat / doleat aut ardeat. mate- ria sanguinea est et colerica. **S**i vero multum in- grescat / tanto molestius et timidius ne forsitan ad cancum deueniat / accidunt autem vlcera i ore latentium puulorum puenientia et acumine lactis et eius corruptione. (bucausq; constan. in viatico particula. ij.)

**D**entes sm grecos dicitur dentes quasi omnia apposita diuidentes et incidentes vt dicitur Isido. **E**t sunt dentes secundum constan. quedam plantaria i ossibus maxillarum et menti quibusdam radi- abus inserti. **E**t sunt in manibus secundum con- stan. xxxij. xvi. in maxillaribus sunt positi quoz quatuor in anteriori parte pares vocantur et quadrupli. et bi lateri sunt et acuti / massores vel precissiores a medijs nuncupantur / ad masio- nes auulsi be: abi sunt apti. et quicquid ab eis



accipitur in ore/ conterit & mordetur. Sunt ite-  
 num & duo qui canini sunt dicitur collaterales qua-  
 druplis in summitate acuti/ duris abis como-  
 lendis apti. Et dicuntur (secundum Irido.) cani-  
 ni/ qz ad similitudinem caninorum consistunt &  
 canes per ipsa ossa rodunt. praeforibus enim  
 dentibus sunt fortiores/ acutiores/ longiores  
 & rotundiores. & ideo a quibusdam collu puel-  
 le vocantur. & quod priores praedere non pos-  
 sunt/ istis tanqz fortioribus ad constringendū  
 tradunt. Sunt & decem alij ex utraqz pre supio-  
 ris mandibule qui in collaterales quadruplis  
 bi sunt lati atqz grossi. bi molares sunt vocati &  
 ad molendum bene sunt apti. nam que cōfusa  
 & contracta sūt/ a prioribus more mole subcūt  
 ut dicit Irido. Sunt igitur in superiori mādibu-  
 la. xvi. dentes. s. quatuor quadrupli & pares/  
 & duo canini/ & decem molares. Et totidē etiā  
 dentes numero collocantur in inferiori mandī-  
 bula seu in mento. Dentes igitur quantum ad  
 suum numerū & officium quadruplie diuidū-  
 tur. Quidam enim sūt inasui. & bi sunt qua-  
 tuor/ duo superiores/ & duo inferiores/ qui pri-  
 mo aspectu se offerunt/ quidam vero sunt pa-  
 res. & bi sunt quatuor. duo superiores & duo in-  
 feriores qui alterutrum iuxta inasuos positi  
 mutuo se contingunt. Quidam vero dicuntur  
 collaterales seu canini. & bi quatuor sūt duo su-  
 periores & duo inferiores se mutuo collidētes  
 Quidam vero sūt molares. & bi. xx. s. x. supius  
 & totidē inferius mutuo se tangentē & que  
 ab alijs inchoata sunt quasi mole cōnue con-  
 cidentes. bi omēs sunt mandibulis radicati et  
 quodāmodo furcati sed diuersimode. qz ante-  
 riores. s. in quadrupli & pares unā habēt furca-  
 lam seu radicem. canini vero molares tres vel  
 quatuor habere dicuntur ut dicit cōstan. Dentū  
 um quoqz numerum discernit qualitas sexuuz  
 nam in viris plures/ in feminis pauciores in-  
 veniuntur. ut dicit cōstan. & Irido. Distinguitur  
 & etiā dentes secundū pcessum etatis. quo-  
 niam sicut dicit aristo. li. ij. qd dentes senū gene-  
 raliter sunt nigri nō acuti/ ut patet in canibus  
 quozum etas per dentes noscunt. qz dentes iu-  
 uenum sunt albi & acuti/ senū vero cōtrario.  
 Exapit tamē aristo. ibidem ab hac generalitate  
 te dentes equozum quos dicit habere/ p priuz  
 qd precedente etate magis albescūt. Dicitur etiā  
 ibidē. oportet utiqz scire qd animalia que sunt  
 multozum dentū cōnūtorum sunt vite lōgio-  
 ris. que vero paucozū sunt dentium & separoz  
 sunt vite brevioris. Item dicitur ibidē. Om-  
 ne animal quadrupes generās animal simile si-  
 bi habet dentes. Item homo eicit dentes in

iuventute anteriores nō molares. & hoc contin-  
 git forsan ppter furcularum & radicū debilita-  
 tem. Molares autē nō eicit ppter causam con-  
 trariam. Et est generale in alijs animalibz que  
 nō eiciunt aliquem dentē priuzqz alter sibi si-  
 milis in loco oriatur primitus. Item aristo. li.  
 ij. Omne animal carene dentibz in superiori mā-  
 dibula est sicut & terrestris nature. Omne ani-  
 mal habens dētes in utraqz mādibula est pin-  
 guedini simile. Item idem lib. xij. Natura  
 nō facit nisi quod meli? & perfectius est. & ideo  
 necesse est ex materia partis terrestris dedinet  
 quibusdam animalibus ad partē superiorem. s.  
 in dentes & culmos pminentes in quibusdā  
 in cornua. & ppter hoc non pōt habere dentes  
 in utraqz mandibula animal habēs cornua.  
 Item idem li. xvi. Dentes solūmodo inter alia  
 ossa crescunt duz remanet animal. & hoc est ma-  
 nifestum in dentibus sup exarcescentibz & dedi-  
 nanabus a locis suis cōtingentibus se invicēz  
 Et causa crementi illozum ppter opationē co-  
 rum si enim nō crescerent/ cōsumerentur cito et  
 ppter hoc tenentur cito. dentes animalūz come-  
 dentū multum/ & carentium dentū magnis. &  
 ppter hoc ingeminata est natura & aggregavit  
 dentes ad invicēz ppter senectutem & finem.  
 aliter si vita duraret p millenarium semp den-  
 tes plures essent qd in prima creatione. Item  
 dicit ibidem lib. ij. Dentes qui oriuntur inter gin-  
 guam non oriuntur in viris & mulienibus nisi  
 post. xx. annos. & forte in quibusdam mulien-  
 bus post. lx. & origo eorum erit cū maximo do-  
 lore. Item idem li. xix. Dentes acuti oriuntur an-  
 te latos. qm dentibus acutis indiget ad abscā-  
 sionem ab i prius. qz pri? est abscondere qd mo-  
 lere. ideo etiā citius crescunt. qz minores sunt  
 qz origo minoris rei est ex calore ante originēz  
 rei maioris. Item calor lactis facit oriri dētes  
 cito. & ppter hoc est qd pueri lactantes lac calidi-  
 dius/ nascunt in eis dētes citi. Item idē ibidē  
 ā teriores nascunt osse tenui & debili. & ppter  
 hoc sunt velocis casus. (buculqz aristo.) Ad  
 hoc constan. in viati. pncipala. ij. Dentū magnū  
 est iuumentum & cū iuramento magnū corpo-  
 ris ornamentum ipsozum in qm nō patētū  
 qz in patientibus actio corrumpitur. quozum  
 passio diuersa est/ cuius diuersitatis pars est vi-  
 sui manifesta. sicut purredines fetores/ ruptu-  
 re/ pforationes/ motiones/ casus/ limositates  
 & similia. Pars vero non apparēs est & occul-  
 ta. sicut quando dentes nimium dolent/ & tamē  
 exterius sani apparent. & Causa autem talis  
 doloris sunt humores a capite descendentes  
 vel a stomacho mediante firmositate ascēdētes

Quia ho i iuuetute  
 in mteuo pte erit  
 dentes

Quot dentes hcat ho



vel humoris acuti in gingiuis. et tunc dolores nimij cum salu et pulsu sentiuntur ppter maliciam humoru et acumen. Si vero dolor est a capite/ grauitas sentitur in capite/ et dolor in facie rubro ex sanguine vel colera ad radices dentiu descendere. Si vero fuerit a stomacho/ dolor sentitur i stomacho et assidua eructatio egreditur et erupitur dentes et aliquado perforant/ aliquado rumpuntur aliquado ex vermibus in citium/ viridem/ vel nigrum colorem mutant. que omnia ex corruptis et pessimis humoribus et malis abis per nervos ad ligamentu dentium descendunt/ accidere diu sciuntur. Dentes etiam aliquado mouent. et causa motus huiusmodi sunt in dentium radicibus. qd si acuti sunt/ necesse est in dentibus et foramina effici/ et fetores ac putredines generari. qd si venies fuerint in causa/ dolor maximus gignitur. qd ad nervu sensibilem corrodedo penetratur/ obstupescunt etiam dentes et exacerbant ex humore acido in tus vel extra nervos sensibiles insicente. Dolor mitare etiam videntur ex causa nimis frigida/ sicut ex niue vel glacie nervos dentium stringente. Item dentes quandoq cadunt ex nimia humiditate ligamenta dentium relaxante. quadoq ex nimia siccitate. vtpater in senibus quorum dentes ppter subtractionem humiditatis numbrilis dilabuntur. Has et multas alias recitat costan. dentium passiones. sed he sufficiant.

**R**ecollige igitur ex predictis quare dentes in mandibulis tanquam in fundamentis propriis radicantur ex frigiditate dominante albiores ceteris ossibus efficiuntur ppter sui duriciaz de facili non leduntur. substantia enim dentiu est ex se impassibilis cum non sit sensibilis ( vt dicit costan. ) Unde dens ruptus nullum dolorem patitur. dicitur tamen pati dolorem ppter nervum sensibilem qui in eius radicibus sepe leditur et grauatur. Dentes enim inmiscus nervis colligantur. terminos carnis dentes exceduntur/ et tamen in carne radicantur nisi intra se nec in se partiantur. clausi sunt labijs ne videantur. Indecens est enim cum apparent nisi forsitan ppter risu.

Item superiores ad inferiores reuertuntur. et si bi inuicem mutuo coaptantur. et si inferiores aliquando moueantur superiores tamen infixi et immobiles reperiuntur ordinate autem ad inuicem componuntur ad informationem articulatione vocis maxime cooperantur/ toti corpori obsequuntur.

**L**ingua a lingendo abum est dicta vel quia per eam articularis sonus verba ligat. Sicut enim plectrum cordi alliditur, sic lingua dentibus. vt dicit Isi.

Est autem lingua instrumentum gustus/ et locutionis ( vt dicit costan. ) et ponitur de substantia siue de molli carne porosa et spogiosa et nervosa. Est autem nervosa ppter sensum et motum. porosa vt facilius sapor penetret ad nervu scientem gustum. ad quam veniunt multe vene sanguine plene. vnde rubicunda est in colore. hec eisdem operatur pannialis/ quibus spacium bucce et palatum induitur et vestitur. a superiori parte patet tota. ab inferiori autem parte patet vsq ad ligamenta quibus merito est connera. vnde radices lingue et sensibiles nervi/ quibus recipit sensum et motum a spiritibus sunt occulti. In quibusdam autem hominibus ( vt dicit costan. ) contrahit lingua plus qd oportet intantum qd nec in diuersas partes moueatur. vnde oportet incidere ligamenta. vt si motus per totum bucce spacium ampliet. Passiones enim multa accidunt lingue in substantia ipsius vel in nervis ad eam venientibus. ( vnde in viatico costan. ) lingua animalis perdit motum voluntarium/ vnde et vsum amittit sermonis. cuius causa est ex defectu virtutis motiue et cerebro veniente vel ex nervo opilato per quem virtus transit animalis. aliquando et apostemate vel ex pustulis in lingua accidentibus. aliquando sunt propria vitia in substantia lingue sicut opilationo mala ex qua est sensibilis distempantia et nimio calore vel frigiditate/ vel humiditate/ vel siccitate/ vel apostema/ vel tumor et similia. qd si lingua videatur nimis tumida excessum caloris designat. si vero alba/ frigiditatem. si vero mollis/ humiditatem. si sicca et aspera/ siccitatem et omnia talia lingue impediunt vsum. vel tollunt in toto/ vel in parte. Si autem lingua sana videatur nullas habens maculas. loquela tamen sic orbata/ ex cerebro est defectus vel ex nervis sensibilibus opilatis. aliquando est proprio loquela ex perdita mente. vt in frenesi vel litargia ( buccisq costan. in viatico. ) Alios designat defectus lingue costan. in parteg. vt dicit. Accidunt pustule late et extente in pelluculis exterioribus lingue. sicut accidit pueris malum lac suggestentibus. et sunt quadoq albi/ quibus nigri coloris. accidit autem apostema lingue eam magnificans/ et ab ore extire faciens/ et vocatur exilium lingue. Aliud est genus apostematis lingue quod rana vocatur. eo qd sicut rana nascitur sub lingua et aufert vsum lingue/ ita rana muta dicitur p defectu. Est autem aliud apostema lingue sanguinolentum. vnde tota lingua patitur/ et loquela vna cum gustu impeditur ex viscosis enim humoribus in lingua dominantibus sensus gustus corumpitur/ et

## De partibus humani corporis.

ita in mutatur ut dulcia amara et insipida sudi-  
centur. et e contrario sicut dicit galia. Item  
dicit galie. super amphorif. qd accidit lingue bal-  
buaces ex nimia humiditate quando lacerti lin-  
gue pre nimia humiditate in extremis nequeunt  
dilatari. sicut est videre in ebriosis/ qui balbu-  
tiant quando in cerebro humore nimio perfun-  
duntur. (vnde dicit idem galie.) Naturaliter  
autem balbutientes/vel propter nimias cere-  
bri humiditates balbutiunt. vel propter lingue  
humectationes vel propter vtrunq. **I**lla  
etiam superflua humiditas est causa quare ali-  
qui qui efficiuntur trahili qui aliquas litteras p-  
ferre non possunt vel. l. pro. n. vel. c. pro. t. profe-  
runt. et hoc i infantibus qui multas litteras cor-  
rumpunt/et eas profere non possunt. **D**ec om-  
nia dicit galie. super illum amphorif. bipocra-  
tis maxime trahili capiuntur longe quia nimia  
humiditas talium ique est causa trahilitatis  
redeunt a d stomachum et in testina. et se lubri-  
ficando inducunt dyamam id est fluxum ventris.  
sicut dicit galie. Item dicit constan. in pateg.  
qd in lateribus ligamentorum lingue sunt quedam  
vene que salivam lingue administrant. he ab inci-  
tio lingue incipiunt a quibus emanat quedam  
humectatio stigmatica que saliva appellatur.  
vnde ille vene vocatur a medicis salivales siue  
habitatio salivalis. incitium autem lingue/ vñ  
ereunt he vene est caro glauca et alba ipsius sa-  
liue generativa que humectat linguam et tem-  
perat eorum siccitatem/et aumentat eorum suc-  
cositatem. ut post dicitur. Item dicit aristo. li.  
vi. qd oves habent sub lingua venas albas/et il-  
le faciunt fetus albos. et alique habent nigras  
et ille faciunt fetus nigros. et alique varias/et  
ille perant fetus varios etc. **R**ecollige igitur  
etiam dicit qd lingua est suba carnosa/sangu-  
inea/et porosa influentie spiritus receptiva/in  
complexione calida et humida/in dispositione  
tenuis oblonga anteriori parti gladii similis/  
in cono et colore rubicunda/in loco concauo et  
humido sita/ad monum scallima/vocis infor-  
mativa/saporis discretiva/per emissionem oris  
salivae humectiva/conceptionum anime interp-  
tativa/dentibus et labijs quasi muro duplici  
circumcepta/in diversis animalibus quo ad fi-  
guram varia. **N**am in quibusdam brevis est et  
grossa/in quibusdam vero econverso. qui vero  
habent linguas grossiores. habent voce gravio-  
re et e contra. **Q**uedam etiam animalia habent  
linguas medicinales et saluiferas. et hoc vel ex  
nature bonitate/vel ex occulta aliqua proprie-  
tate. ut lingua canis ut dicit cassio. **Q**ueda autem  
habent linguas moriferas propter maliciam

et fumositatem humoris in eis dominantis. si-  
cut lingua serpentis/ dracois et rabidicantis cuius  
mosus summe est venenosus cuius lingua sem-  
per apparet extra os et distillat venenous/et infi-  
at aqua in quam cadit. de qua qui bibent effi-  
citur rabiosus ut dicit iavien. et constan. in tra-  
tatu de venenosis animalibus et venenis. vñ  
etiam serpentum lingue secundum aristo. nigre  
sunt siue livide/ siue subruffe et maculose/ acute  
et in motu velocissime. et hoc contingit propter  
humorem furiosum et venenosum que tam ve-  
lociter linguam agitat/ut vna numero bifurca  
ri videatur. lingua tamen aspidis quantum in  
corpore viventiis serpentis plena sit veneno mor-  
tifero/separata tamen a corpore et desiccata ve-  
nenum perdit. et venenum si presens fuerit/ pro-  
dit vnde in presentia veneni in sudorem pror-  
pere consuevit. vnde talis liga velut vnlis et p-  
ficiata reputatur inter viros regios preciosas/quis  
prius fuerit venenosa.

*Vn in 2. lingue bal-  
bunes*

**S**aliva est humor stigmaticus et na-  
turalibus venis lingue generatus  
ut dicit constan. **E**st autem saliva  
naturaliter humida in colore alba  
et ex stinuitate motus lingue et instrumentorum  
spiritualium spumosa/in sapore actu in sipida  
quia potentialiter omnium saporu est i se recep-  
tiva. **S**i enim esset alicuius saporis determina-  
ta/no esset alterius susceptiva. **E**st et (secundum  
eundem constan.) saliva inter gustus et eius ob-  
iectum media. nihil enim sensu gustus percipi-  
tur/nisi cuius sapor mediante saliva gustus or-  
gano presentatur. vnde ipsa secundum quanti-  
tatem saporis rei gustate immutatur. **F**uit autem  
necessaria saliva (ut dicit constan.) ad humecta-  
tionem oris ut salivae beneficio irrigaretur. **I**tem  
propter digestionis preparationem. abus enim  
siccus in ore assumptus non vnliter stomacho  
mitteretur/nisi saliva media prius humectatur  
quia sine salivae admixtione res sicca no de facili  
transglutiretur. **I**tem vnlis est ad faciliorem sup-  
plustatem cerebri et pulmonis evacuationem.  
quia tales emunctiones calore vel frigore indur-  
rantur/aut in fiantur. quia non ita de facili per  
oris ostium excreantur. nisi primo cum humo-  
ris et salivatis adiutorio lubricando ad exitum  
pararentur. **I**tem saliva hominis ieiuni habet  
quadam vim latentis in fectionis. vnde et san-  
guinem animalis ledi si mediante aliquo vul-  
nere aliquid sanguinis ad miscatur/ ut dicunt p-  
dicti auctores in tractatu de venenis. et hoc for-  
sita uest. (ut dicit avicenna.) ratione auditas./  
humor enim crudus sanguini pfecte digesto/i

¶ d. 4.

suis qualitatibus repugnat / et sicut (ut dicunt  
 auctores) perturbant temperamentum. hoc est etiam  
 quod dicit sanctorum et habet a plinio quod saliva si  
 ue sputum bovis ieiuni intermisit serpentes / et ve  
 nenosis animalibus est venenum. sicut dicit basili  
 us super illud verbum in cramerone. Ipsa conte  
 ret caputuram. et tu in si. cal. eius. Gene. iij.  
 Item sicut dicit galienus. super amphoribus. ibi. In sa  
 liva mei spuro fit pituitas fluxus. et ubi saliva tenet  
 mouetur etc. Pituita propter vicium pulmonis  
 sepe tussit / et a supstituitate sanctorum viciorum spu  
 do se exonerant prout possunt. sed tamen moris  
 imminet. quando non spuunt quod retenta in tuis  
 saliva cum sanie vis spuus interius clauduntur  
 et sic pituita suffocati moriuntur. Item sicut dicit  
 galienus. nisi. inter sputum et salivam est differen  
 tia. Nam saliva est superfluitas naturalis nu  
 trimenti pectoris / et generat digesta. Sputum  
 vero est illud quod ad peccatum aduenit secundum diuer  
 sitatem cursus naturalis / et cursus preter natu  
 ram / nec est semper digestum et ideo spurum in acu  
 tis febribus et apostematibus / si leuiter fiat cum  
 signis digestionis et sine tussi laboriosa for  
 tudinem signat virtutes / et defectum morbi. si  
 aut dicitur in pnothias. et e contrario. Unde secundum  
 galienus. et alios commentatores ibidem in saliva  
 siue in spuro considerant tria generaliter. color.  
 odor. et sapor. quod si sputum fuerit in colore liui  
 dum cordis et spualium designat lesionem. **¶**  
 Si vero sanguineum cum sanie admixta / pulmo  
 nis designat vlcationem. Si etiam fuit in  
 odore fetidum / interiore signat corruptionem  
 Item si in sapore fuerit amarum vel acedum. hu  
 moris corrupti in stomaco et pulmone seu in sub  
 stantia lingue signat distentionem. Item in spu  
 tie abundare signum est plethorice complexionis  
 vnde et in febribus solent spum abundare gros  
 sa et viscosa secundum intensum frigiditatis et resolu  
 tionem siue dissolutionem humiditatis substa  
 ntialis.  
**¶** **Q**uod est tenuissimum ians pleuro lin  
 gue formans. ut dicit Isido. et pri  
 scianus. Organum autem vocis siue i  
 strumenta. multa sunt (ut dicit constantinus. f. pulmo  
 arterie / guttur / vuula / os / dentes / labia / atque  
 lingua. sine enim istorum instrumento vox non for  
 matur. Et horum quedam sunt vocis receptiua. si  
 cut pulmo cum suis receptaculis et canalibus  
 quedam vero sunt vocis ordinatiua. sicut vuula  
 qui vocem secundum constantinum. pulchram reddit et for  
 tem / quod ad alia instrumenta se habet proportio  
 biliter. aerem vero introeuntem temperat / et ne nimis  
 impetiose exeat / cohibet et refrenat. a receptio  
 ne etiam puluicis guttura et artenas prohibet et

consentiat. Quedam enim sunt vocis emissiua. ut  
 canales pulmonis et arterie que sunt quasi que  
 dam fistule. que si fuerint leues mude / et tempe  
 rate / dulcem ac temperatam et equaliter reddunt vo  
 cem. si vero asper fuerint et plus debito fuerint  
 late et stricte aut distorte nimis grauem vel ex  
 dissonam aut inequalem emittunt vocem. Ad  
 formationem igitur vocis aer in folliculo pul  
 monis recipit / et per ordinatum arteriarum mo  
 tum per os emittit. vnde et veloci aeris como  
 tione et organorum vocis extensione sonus redditur  
 qui in ore animalis. plantis et pleuro lingue for  
 matus / vox sapientibus dicitur (bucisq. constantinus.  
 in panteg.) vnde aristoteles. li. iij. Pulmo est prima  
 vocis receptaculum. et ideo omne animal carens  
 pulmone / caret et voce ac loquela. loqui enim est  
 distinguere vocem. vnde animal non habens lin  
 guam absolutam non habet vocem. ut dicit ibidem  
 apes vel mulce carent voce / faciunt enim strepitum  
 in volendo / extendendo / et contrahendo alas.  
 per aerem cadentem inter corpus et alas et sic fact  
 unt locuste. et huius pabatio est quod nunquam faci  
 unt sonum in sedendo / sed tantummodo in vola  
 do. Rana autem habet vocem propriam et antem  
 lingue sue applicat ou suo. et quod ex lingue  
 vianat / canne pulmois absolutum est. et propter  
 hoc habet vocem propriam et est coar. et non facit  
 boc nisi ex aqua tantum / et propter masculus te  
 pere coitus quando damant feminam pro voce  
 cognitam. Rana vero multiplicat vocem qua  
 do ponit mandibulam inferiorem in aquam  
 et extendit superiorem / et per extensionem duarum  
 mandibularum voiferat. et propter nimium cons  
 tum extensionis lucent eorum oculi sicut candel  
 cantat et voiferat plus de nocte quam de die. quod  
 tunc est sepius coitus eorum etc. Item ibidem  
 Ves qui corporis plus voiferat et gannit  
 quam magui et maxime tempore coitus. quam voifera  
 tio autem maxime est in illo tempore. Item idem  
 gallus voiferat post bellum et vicoriam. Item  
 in auibus est quod masculus dat vocem et non femi  
 na. sicut gallus et mas cornuicam. loqui autem  
 appropriatur homini. qui autem naturaliter sunt  
 muti sunt surdi. et habent vocem / sed omni  
 no indiffinitam (ut dicit idem.) Item idem in  
 eodem libro. Omnes femine sunt subtilioris  
 vocis et acutoris quam masculi preter vacam. quod  
 vox femine est grossior. Item idem. eximus sper  
 matis est in manibus apud alterationem uocis  
 et hoc est in termino duorum septennium. aliquando  
 tamen annus mutatur vox in quibusdam. et  
 est signatio in ovis ad luxuriam. Item idem quod  
 equi incipiunt coire / erit eorum vox maior. simi  
 liter et femine. vox tamen femine danior. Item

Ora in salua  
 et sputum

34  
**De partibus humani corporis.**

Ibidem voces masculinorum mutantur quando mutantur. Item dicitur lib. viij. f. voces omnium quadrupedum mutantur efficiunt. sicut voces femininarum quando castrantur (lib. xij. f. dicitur). **C**ausa acuminis et alterationis vocis est secundum alterationem aeris. quare vox iuuenum animalium est acutior voce senum. et mulierum quam virorum. et voces omnium animalium sunt acutiores in iuuentute. Item idem multe femine et multi iuuenum vociferant voce acuta. quoniam propter debilitatem mouent paucum aerem. et quod est paucum mouet velocius. et vox est velocius acuta. grauitas autem vocis sequitur tarditatem. et aer multus mouet tarde. **M**ares autem et senes mouent multum aerem. et ideo sunt grauioris vocis. neruos enim et arterias habent fortiores masculi quam femine. senes quam paruuli et non castrati quam castrati propter debilitatem. ergo neruorum curu voces castrorum similes vocibus feminarum. **bucufq; aristo.**  
**C**olor est equalis / clara fortis / flexibilis / infans / animus et graue mediocritas est laudabilis. sicut eorum vox tremula / rauca / et aspera / debilis / distona / nimis grauis / vel acuta / est vituperabilis. **N**am vox vnica distona et inordinabilis multarum confundit vocum harmoniam. vox itaque consona dulcis et ordinata est lenifica / amoris excitantia / passionum anime expressiua / virtutis et vigoris organorum specialium / prestantia / puritatis et bone dispositionis cordis / ostensiuu laboris subleuatiua / tedij seu fastidij ablatiua / etatis et sensus discretiua / preconij et laudis adque sitiuu / affectionis audientium / mutatiua. sicut **Orpheo** dicitur fabulis quod vocis sue modulatione arbores et nemora / montes / et saxa demittebat. **I**ta est etiam vox composita nature consona et amica. quod non solum delectat homines verum etiam et bruta animalia / quod patet in bobus qui cantu bubula dulci sono potius quam iaculo ad laborandum excitantur. volucres etiam in vocis modulo delectantur in tantum / quod sepe per dulces sonus ad laqueos et picula ab iaculo per uocantur (iuxta illud poeticum) **fistula dulce canit uolucres dum decipit auceps.** **T**res per dulces voces et cantilenas et harmonias musicas infirmi et maniaci et frenetici ad sensum mentis et sanitatem corporis sepius reuocant. unde et **constan.** in **viatico phtala. i. c. de amore qui dicitur heros** sicut dicitur. **D**icunt alij quod **Orpheo** dicitur. **I**mpatientes ad conuiuia me inuitant / ut ex me se delectent. ego tamen delector ex ipsis quorum animos scelerare possunt de ira ad mansuetudinem de tristitia ad lenitatem / de auaritia ad largitatem de timore ad audaciam. hec est ordinatio musicorum que circa anime suauitates esse dinoscitur

et dulci sona et melodia demones aliquando coartant et exire de corporibus compellunt ut patet in saule a quo spiritus dei malus voce dauidica recedere cogebatur. ut patet. **ij. Regum. xij. f.**  
**E**x quibus omnibus iam patet quod utilis sit totanda vox atque dulcis. **C**ontrario vero est de voce inordinata et horribili. quod non lenificat. sed committat / et aures aciem grauat. **U**nde **constan. in. c. supra dicto.** **I**nterrogatus quidem **philosophus** quare homo horribilis grauior esset quam quodlibet pondus. taliter respondisse fertur. homo inquit horribilis pondus animi est et. hec de voce bona et mala nunc sufficiat. **N**am de his que vocem impediunt supra dictum est in tractatu de lingua et adhuc dicetur infra.  
**C**ur est extremitas canalis pulmonis. ut dicit **constan.** et est duplex in iuuamenti. **M**aius enim et primum est. ut aerem attrahat et mutat. secundum est ut abos interius traiciat et ut uocem faciat. hec canalis substantia cartilaginosa est atque dura. ut cum uetus exeat vox emissa fiat clara. **N**am raucaitas vocis fit ex humiditate canalis pulmonis. **C**onponitur itaque guttur a tribus cartilaginibus. **P**rima est arteria gibbosa exterior / concava interior. **S**ecunda priore est maior et recte iuxta os stomachi collocatur. **T**ertia cartilago est media inter primam et secundam et istis cartilaginibus quasi quadam cocatenatione guttur componitur ut dilatetur et restringatur induitur tota substantia gutturis eisdem pelluculis quibus lingua induitur et palatum. **C**oncauitas autem gutturis quam aer intrat et exit habet quoddam corpus lingue simile compositum ex glande et pinguedine et pelliculis. et uocatur a medicis lingua gutturis siue cataracta. et est primum uocis (ut dicitur) instrumentum. **N**on enim potest aliter vox esse / nisi claudatur ista cataracta. quod si uia gutturis fuerit aperta / impossibile est uocem esse. quod paulatim aer ferit. unde gutturis cataracta ad flatum restringendum fuit necessaria. quod uero guttur quandoque patitur ab humoribus a capite descendens unde raucaitas generatur et tussis. quandoque attritu corrupti / et siccis aeris. quandoque etiam ab iniecta pulueris. ideo habet uulnam pro obstaculo ne puluis uel humor aliquid pulmonem ualeat subintrare / que fuit necessaria. nec uocem faceret pulchram / fortem / et expeditam. alleuiat autem aerem introeuntem et eius temperat frigiditatem. unde quidam moritur quando radicitus eis inciditur. quia nimium recipiunt aerem et guttur et pulmonem in frigiditatem. **E**t igitur guttur organum in uocis formatione necessarium ubi et

potus in primū digestiōis locū. s. in stomachū  
 inducitur. qđ ideo longū est et rotundū / vt  
 amplioris aeris ad infrigidationē caloris cor  
 dis facilius sit attractiū et expulsium. Est au  
 tem in vtraq; extremitate magis concavū et in  
 medio magis stricū vt sic sit vocis magis in  
 formatiū. Est autē ex diversis cartilaginibus  
 more apbi se cooperentibus compositū vt for  
 tius existat. et ita vt extenuidine cartilaginis  
 ad vocem variandū facilius se reflectat. In ge  
 nita autez ē natura circa guttur ut fm duplex  
 officium animalī necessarium duplicem vie ha  
 beat concavitatem. habet enī viam canalē ad  
 aerem attrahendū / et ambidū pficiendū. ha  
 bet etiam et viam manifestam ad abum recipi  
 endū et hec duplex via quodam coopulo (qđ  
 epiglottum dicitur) distinguitur. habet enī se in  
 superficie gutturis ad modum vestis ad vtrū  
 q; foramen gutturis equaliter se habentis.  
 Cum enim natura abuz appetit / dāso forā  
 mine anhelitus aliud foramen ad susceptiōnē  
 nutrimenti omnino se aperit et ecōverso. cui na  
 tura attractionem aeris desiderat / foramen ali  
 ud gutturis se claudit penitus et obturat. Itē  
 cōtingit guttur multipliciter pati. s. p. extrinsecā  
 passiōnem siue qualēcumq; lesiōnem. Item  
 quādoq; per incautam cibi vel potus sumpti  
 onem. Si enim cib? intrauit meatum p quem at  
 trahit aer. via spūs de faali intercludit / et aīal  
 suffocatur. quādoq; p humor fluxum et reu  
 matiationem. Coningit autē humores a capi  
 te ad canales gutturis cōfluere et ibidem facere  
 apostema. quod si materia colerica fuerit et fu  
 rosa / cito mortificatur animal et suffocatur.  
 Nam vt dicit cōstan. angustat flamm ita qđ i  
 fumus vix abum vel potum sumere possit vel  
 recipere. qđ dolorem patitur nimium. Si autem  
 sit materia sanguinea infirmus apparet plen?  
 in corpore / rubet in facie / vene sunt plene / plen?  
 pulsus / tumor calidus et dulcis ex sup abūdā  
 tia sanguinis sentitur gustus. Si vero ex cole  
 ra rubea dolor est fortis angustia nimia / calor  
 cum siti maxima et vigilia / amantido in / gustu  
 est. Si autem sit ex fleumate / nō tantum dolet  
 sed timer lingua et mollescit / si ex salso sit fleu  
 mate / omnia saporat in gutture tanq; salsa vox  
 patientis efficitur sicut paruulorū catulorum.  
 qđ ex siccitate salsi fleumatis trachea arteria co  
 arctatur. vt dicit cōstan. Coningit autē istam ma  
 teriam malam qđ totam recolligi intenus in  
 pellicula que diuidit viam aeris / que dicit tra  
 chea arteria a via p quam transit abum que di  
 citur yfopbagus et facit esquinantiā que i vno  
 die intertat. Et cōpessione enī trachee arterie

*De gutturis passive*

*Trachea arteria  
p<sup>o</sup> sit*

denegatur aeri liber transitus ad cor. et cōpres  
 sione vero yfopbagi abozum transitus dene  
 gatur. quādoq; colligitur materia prim intra  
 et prim extra. et tūc aer dicit esquinantia et non  
 est ita mortifera. quādoq; tota materia est extra  
 et dicitur synantia. et est ad huc minus mortife  
 ra / tamē piculosa. In omnib? his est dolor / ve  
 hemens gutturis / sed precipue in prima cum  
 suffocatione vocis. Est enā difficultas respirā  
 di / ita enā replent nerui esquināna qđ ita ma  
 rille spasmantur qđ vix etiam cum malleo pos  
 sunt dentes aliquādo aperit. et ita aratur lin  
 gua qđ vix vel nūquā pōt attrahi. In oib? istis  
 morbis gutt? fm cūb? bonū signū ē velox aspi  
 ratio anhelit? et respiratio. qđ trachea arteria si nī  
 miū ē ppressa. vñ nō ita timet suffocatio. nihil  
 enim ita timetur in hac passiōe sicut amissio ae  
 nis / aquo non pōt animal p vicissimam partem  
 vnus hore sine piculo abstinere. Pec et multa  
 alia. (vt dicit cōstan.) patitur guttur. s. vlcera  
 tionem / et inflatōnē sit in immoderatam / vo  
 cis rauatatem et humiditate nimia arteria gut  
 turis infundente / et vocem impediēte / vel qđ  
 qđ extinguēte / vocis asperitatem et siccitate aeris  
 vel corporis siue abi vel puluent? instrumentū  
 loquendi exasperante. Sed hec de gutture di  
 cta sufficiant.

**C**ollum est dicitur / eo qđ rigidum  
 sit et rotundum caput baiulans et  
 sustentans. cuius pars anterior gu  
 la / posterior vero ceruix vocatur. vt dicit Plid.  
 Ceruix autem est dicta / eo qđ p illam partē ad  
 medullam spine dirigitur. vnde ceruix quasi i  
 vi cerebri dicit (vt dicit Plido.) Est igitur collū  
 membrum rotundū inter caput et corpus me  
 dium. et est osseum et multis ossib? et neruis cō  
 positum. osseum quidē est / vt fortius sit ad ca  
 put sustentandū. neruosum autem ad motum  
 voluntarium faciendū / et ad sensum ad inferi  
 ores partes corporis deferendū. Collum enim  
 influentiam virtutis motiue recipit a cerebro et  
 etiam sensitiue. et receptam ad inferiores par  
 tes corporis medianibus transfundit. Debet  
 autem collum habere quandam conuenientiaz  
 et pportionem cum capite. nam si forma capi  
 tis fuerit temperate magna et ceruix aliquan  
 tum grossa / leuitatem signat complexionis et  
 dispositionis. vt dicit cōsta. si vero fuerit ca  
 put paruum et collum magnum quantitatē illius  
 nō pportionatum / abūdantiam designat ma  
 terie superfluā / et virtutis informatiue defectus  
 et eius caput super cephalica infirmitate et au  
 nularum dolore fangatur (vt dicit cōstan.)  
 Secundum autē aristo. lib. iij. et collū disposit

## De partibus hūa. corpo.

35

finis variatur in animalibus et volatilibus. Nam in quadrupedibus spissi corporis et curvum medio crurum collum curvum est et grossum. et in omni animalium in collo plurima est fortitudo ut patet in bobus et bubalis et ursis et in lupis quorum maxima in spondilibus colli fortitudo est. et ideo solent boues per colla iugorum vinculis alligari. Animalia vero longi cruris et grossioris corporis solent esse colli longioris et hoc propter necessitatem pastus. Et patet in equis camelis et canis et huiusmodi maxima autem equi pulchritudo est in collo. nam secundum eius erectionem et spissitudinem et extensionem estimatur a pluribus animosus. Item (aristo. in eodem.) Aves habentes curvum rostrum habent collum curvum. ut patet in anapitibus/aquilis et nisis. Quae vero sunt habentes rostrum longum et recurvum habent collum longum ut patet in gruibus audeis/ anseribus et similibus. et hoc est quod acquirunt cibum de profundo. Item idem ibidem. Omnes aves pedum longorum habent collum grossum et spissum et volant extenso collo et si habuerint collum longum et habile ad deducendum illud quod replicant in volando. Item idem si quod animal fuerit longi cruris erit longi colli. et si curvi cruris. Item omne animal habet collum tale vero quod non ambelat aerem interius habet. animalia autem anulosa corporis non habent collum distinctum a corpore sicut nec pisces. et hoc quod non habent scapulas. quia non vocatur collum nisi membrum. quod est in ter caput et scapulas. ut dicit aristo. ibidem.

**H**umeri dicitur sunt quasi armi ad distinctionem hominis a pecudibus mutis et nos humeros. illi vero armos habere dicuntur (ut dicit constantin.) Sunt autem humeri ex variis ossibus compositi. quorum precipua ista duo spatula dicitur quod ad modum spatulae late. spatula enim latius dicitur fuerunt autem ossa necessaria (ut dicit constantin.) duabus de causis. aut ut defenderet pecus/ ne quid retro pateret ab exterioribus. aut ut annorum ligent ossa que interius sunt concava/ exteriorius vero gibbosa. Erat autem intra concavitas ut prodesset costis. que ossa sunt habitantia nodos/ quos media vocant spatularum ocellos/ quod nomen ex officio sumpserunt. sicut enim oculi totius corporis anteriores sunt defensores ita ista a posteriori pectora et eorum costas et ossa defendunt et custodiunt. Sunt autem isti ocellus concavi ut annorum acumina possint ingredi. Habent autem spatula duo acumina retro. unum coram rostro assimilatur per quod eadem

spatula fircule est connecta/ ne a superiori loca suorum non exeat interius. Ad hoc natura posuit alterum ne subitus exiret acumen annorum. Fircule autem fuerunt ad hoc necessitate ut annos ligarent et a pectora deferre facerent. horum ossa exteriorius sunt rotunda/ interiorius vero concava et cum teneritudine pectoris colligata/ retro vero cum coram rostro. Sunt autem eorum ligamenta ossa cartilaginosa que vocantur spatularum capita ad hoc posita tantum ut concatenationem facerent annorum. Et iam dicitur patet quod humeri et armi sunt necessarii. sunt enim ad spiritualium membrorum defensionem. Item ad brachiorum sive costarum sive pectoris et vitalium ossium concatenationem et colligationem. Item ad ossium et spondilium colli supportationem. Item necessarii sunt ad ponderum diversorum sustentationem. Nam ratione sue ossificationis et nervositatis maximam habent fortitudinem et vigorem. Item post caput et colli maximam in corpore obtinent elevationem. alij enim membris supponent super capite constituti. ut patet in omni animali. Item patuit humeri quoadmodum ab extrinseco/ ut vulnera sive qualem cumque lesionem/ sive propter nimiam laborem et oneris continuationem. et tunc potissime curant per quietem et alicuius vnguenti appositionem. (vnde dicit aristo. li. vii.) In iunctura elephantis solent inungi oleo oliuae propter frigiditatem oneris et laboris tolerationem ut melius dormiat. Item quoadmodum ex causa intrinseca. scilicet ex fluxu humorum concurrentium ad iuncturas et nervos humorum ex quibus nervi gravantur et in suo effectu impediuntur. quibus etiam ipse iuncturae superfluis humoribus replentur/ ex quorum acumine dolor in sensibili nervo generatur.

**B**rachia a fortitudine sunt dicta. brachia enim ex fortitudine dicitur latine (ut dicitur Isido.) In brachijs enim tori latera sunt et insigne robur existit in tori dicitur muscoli. et dicuntur tori eo quod illuc quasi vis scera tori videantur ut dicit Isido. Brachium autem dicitur constantin. ex duobus costarum ossibus. unum est supra/ et appellatur cubitus superior. alterum infra/ et dicitur cubitus inferior. Est autem os inferius priori maius/ quod portans portatio maius esse debet et firmius. Concatenatur autem brachium cum anno superiori et convertitur nervis fortissimis quibus medianibus sensum et motum voluntarium recipit et ad manum post transmittit. Sunt brachia rotunda propter maiorem operandorum et motus habitabilem/ et maiorem impassibilitatem ut non facile patiantur. Sunt etiam flexibilia

*Humero passio*

*ab*

*habilitatem*

brachia sicut sunt  
rara et siccata

in functionibus. s. circa manus / cubiti / et ar  
 mum / ut motus voluntario sunt habiliora / et ad  
 obediendum voluntatis impio. pmpriora. Pre  
 terea brachia respectu aliorum membroꝝ mi  
 nus sunt cariosa et hoc ppter substantia ossium  
 et nervoru ex qua componuntur ppter roboris et  
 virtutis ampliationem. In brachijs enim maxi  
 ma est hominis fortitudo ad pranduz / ad ele  
 uanduz / ad constringenduz / ad repellenduz / ad  
 pugnanduz / ad operandum. Item brachioꝝ  
 ossa sunt dura / grossa cocava / et medullis plena  
 Grossa quidem sunt et dura / ne de facili rupan  
 tur. concava / ne nimia soliditate nimis ponde  
 rosa redderent medullis plena / ut ossa sicca et  
 dura medullarum pinguedine irigarent / et ut  
 ipsa a nervis et venis consuetae medullari te  
 perie servarent et nutrent. carne / musculari / et la  
 certis intermixta carne teguntur ne ab aliquo ex  
 terno de facili lederentur. in innervis et verte  
 bris et cartilagine vestiuntur / ne nimia duricie  
 ossium mutuo se collidentium nervi sensibiles  
 aliqua molestiam paterentur. et ut ipsa ossa in  
 suis iuncturis plantie et mollitie cartilaginee  
 expeditius moverentur / et nullius asperitatis occur  
 su tarderentur. Item brachia ppter vicinitate  
 qua sunt a regionem cordis spm et pulsu p qd  
 dam arterias recipiunt et variam ipsius mutatio  
 nem ac consistenciam defectum. s. et pfectum in  
 venis et arterijs pulsantibus manifestant. Item  
 brachia ppter vicinitatem cerebri familiarem  
 habent convenientiam cu capite / et ab eo recipi  
 unt latentis virtutis influentia. et ideo p defe  
 sione capitis fm sensum nature et sine delibera  
 tione contra itus ferentium se exponunt. Item  
 vene totius corporis et maxime de regione capitis  
 cordis et epatis conveniunt in manibus et digi  
 tis et numeratuz tribuunt eis. et io qui sanguine  
 repletos se sentiunt et gravatos aliquam de ve  
 nis brachioꝝ aperte consueverunt. et sic bra  
 chia sepe vulnerantur et patiuntur / ut alia membra  
 sanitatis beneficium consequantur. Dicit etiam  
 medici q sicut habetur in lib. de fleubotomia  
 qui infirmant in vna parte corporis. debet venam  
 in parte posita aperire. unde qui patitur in de  
 xtra minuat de sinistra et e converso. nisi materia  
 fuerit venenosa vel alias furiosa. tunc enim san  
 guis ad partem oppositam no est attrahendus  
 ne materie venenositatis transiens p cor vel ali  
 ud membrum nobile ipsum ledat. sicut dicit ibi  
 dem. Brachia itaq ppter utilitatem aliarum  
 partium corporis mutuo sibi ferunt et ob mem  
 broꝝ custodiam vulnerari et perari et a suo  
 onere minui no subterfugiunt / et se patienti  
 bus acquiescunt. Docet autem (ut dicit galie.) bra

chia habet ppter ut quod cor diligit. brachia  
 diligant et in amplexu eoz voluntarie se emen  
 dant. quod aut corde diligi sentiunt / quanto vi  
 cinius possunt cordi applicari et constringunt  
 in tantum ut totum dilectum / toti amanti cor  
 di imprimerent si valerent. et hec de brachioꝝ  
 pprietatibus dicta sufficiant. Item venudato  
 inquietatio brachioꝝ motu ferum signum  
 est in acuto (ut dicitur in pronosticis.)

**M**anus est dicta eo q sit totius cor  
 poris munus. ut dicit Isido. Ipsa  
 enim ab u. ori administrat. ipsa oia  
 opatur ac dispensat. p ipsam accipimus et da  
 mus. abusive enim man? ars vel artificium di  
 citur. sicut aliquando de aliquo scriptore ut pi  
 etore dicitur. iste habet bonam manu scribendi  
 id est arte vel artificium. Dextra a dādo ē dicta  
 nam ut dicit Isido. Dextra pignus pacis da  
 tur. ipsa fidei et salutis testis adhibetur (et hoc  
 est illud apud tullium) fidem publicam iussu  
 senatus dedi / id est dexteram. Et apud ad ga  
 la. Quibus dedi dexteram fidei et societatis.  
 Sinistra aut dicitur quasi sine dextra. siue qz re  
 fieri sinat. a sinendo enim sinistra est vocata.

Palma aut dicitur digitis expansis manus ex  
 tensa. sicut contractus pugnus. pugnus autem a  
 pupillo est dicitur sicut manus expansa dicitur  
 palma ab expansio ramis. Est itaq magnum  
 corporis man? iuamentum panter et ornamentum  
 pprium et principale tactus instrumentum.

Nulla enim pars corporis est tactu ita sensibilis  
 sicut vola manus (ut dicit Isido. et etiam con  
 stan.) Manus autem fm eadem constā. quo ad  
 exteriorem partem sui et nouem partibus ossibus  
 medulla carentibus diuersis et solidis est com  
 pacta. habuit autem tot ossa ut manus eet mo  
 bilis. Sunt autem ossa diuersae forme alia. scilicet  
 cer gibbosa / alia concava alia erecta ut cu om  
 nia iungerentur quasi vnum os redderetur.

Ista autem ossa in duobus ordinibus stantia  
 ex vna parte cum vob peccinibus / ex alia par  
 te cum duobus brachijs cocathenationib? forti  
 ter colligantur. cocathenatio ad supiora habet  
 horum tria. vna pcauitatem brachij subeuntia  
 p qua man? lateraliter extendit atq stringitur  
 cocathenatio vero inferiorū atq minor interio  
 ri extremitati brachij iungitur ipius acunie pca  
 uitate quinq ossiu subintrante. hec vero ca  
 thenatio motu facit ante et retro. Vola manus  
 dicitur ps interior / vbi maxime vsget tactus. et io  
 nulla pars est magis cariosa et magis mollis  
 propter tactus bonitatem. et duas habet par  
 tes peccen est vna pars. digiti pars altera.

Componitur autem peccen ex. iij. ossibus ne



## De partibus hūa. corpo.

si forte vnum ledatur/alterum nō patiatur.  
**I**n concavitatibus aut. iij. ossiuz pecanis. iij. digiti sūt inserti ⁊ in eis cōcatenati. ⁊ ideo dicitur aniso. li. iij. **M**anus nō est vna instrumentum. sed multa. Natura enim dedit homini intelligenti instrumenta suis viribus cōuenientia. vtpote manus in quibus sunt multi digiti ⁊ diuersi. v̄per eos minima ⁊ maxima valeant retineri. Nam vt dicitur idem creatio manus est cōueniens multis ⁊ oppositis operationib⁹. Est enim diuisa ⁊ extensa in multas ptes. ⁊ potest homo vni vna sola parte ⁊ duab⁹ ⁊ plurib⁹. Sim diuersos modos. habent enī velle manuū hominū hoc sibi appropriatū q̄ nūquam i bovine pilecant/quānis extenuis in aliquib⁹ pilis crescant. **M**anū autē hoc cōtingit in masculorum manib⁹. ⁊ hoc ppter caloris habūdantiā dominantē. Est autē manus dextera fortioris caloris ⁊ maioris siccitatis q̄ sinistra. ⁊ ideo ad opandum dextera leuior est ⁊ habilior q̄ sinistra. vnde anisones. lib. ij. animalia quadrupedia que generāt alia animalia loco manuum boīs. habent pedes anteriores ⁊ pes sinistre in animalibus nō est abfultus neq̄ leuis motus. sicut nec sinistra manus in hominib⁹ p̄terq̄ in elephante. **E**lephas autē vt dicit idem anis. li. iij. ) vitur naso fori ⁊ lōgo loco manuū ⁊ p̄ ipsum accipit abum ⁊ reddit ori suo. reddit enī am p̄ nasum ori suo potum ⁊ nullum animal potest hoc facere nisi ipse. **I**nter volatilia autē vniū pede p̄ manu. p̄ sitacū ⁊ porp̄birio. s. pellicanus. Nam p̄ sitacus pede abū accipit ⁊ intingens in aqua abū cum pede suo ori ponit sic intinctus. similiter ⁊ porp̄birio. **P**antur autē manus multipliciter. s. contractionē/arefactionē/pustulanōz/saffionez/vermū corosioz/purritū ⁊ tūlationē iūcturaz dislocatōez. arōgicā passioz. **C**ausas autē p̄tratio quādoq̄ ex calidis ⁊ siccis humorib⁹ nervos desiccantib⁹ vel frigidis ⁊ humidis eisdem inficiantibus/ ⁊ transitum spiritū intercludētib⁹. vt patet in paralitias ⁊ leprosis quorū manus ex putridis ⁊ corruptis humorib⁹ nervos p̄sumētib⁹ ⁊ desiccantib⁹ contrahūt. arefiant enī manus ex debiti nutrimentū subtractione. ut patet in decrepitis ⁊ squalidis ⁊ fame laborantibus ⁊ in senio cōfectis. quādoq̄ ex distemperantia caloris ⁊ excessu tertiam humiditatem cōsumēte. vt patet in p̄siciis ⁊ t̄bicis ⁊ h̄mōi. quādoq̄ ex viciō venarū ⁊ neuorū qui opilāt. vnde ex defectu humorū ⁊ spiritū virtus regitua impeditur quibus manus arefāt ⁊ a vigore ⁊ corpulentia depauperant. pustule autē ⁊ vesice surgentes generantur ex p̄rauis ⁊ cor-

tupis humoribus extrema petentib⁹. vnde ⁊ caro intus superficialiter corūpuit ⁊ cute eleuata in vesicas vel pustulas immutatur. **S**asfure autē a puritū ⁊ h̄mōi accidunt ex humo nō calidis ⁊ acutis fumis intercataneis/ qui cutem scindunt ⁊ suo acimine carnis superficialē diuidūt ⁊ incidunt. ⁊ primū puritū ⁊ tūlationem faciunt/ sed post dolorem nō modicum superinducunt. **I**tem enī humor corūptus sub cute latens quādo nō expellit/ neca calore naturali cōsumit/ paulatim plus ⁊ pl⁹ corūmpit ⁊ in panios vermiculos cōuertitur. qui paulatim cutē corrodentes/ tūlationez p̄uocant ⁊ puritū. dislocatio autē accidit quādoq̄ ex casu vel passura vel comprehensione nimia. vnde ex h̄mōi violētia iūctura loaz suū exte ⁊ supinducit dolor grauis ⁊ tota manus reddit impotens ad aliquod operandū. accidit enī idē ab intinsecō. s. a nimio humoreneruos iūcture infrigidante lubriūate ⁊ relaxante. vnde de sacili iūctura dislocatur. **S**yrogra vero dicitur eadez passio in manib⁹/ que ⁊ podogra in pedib⁹ nūcupat. generat enim ex humorib⁹ grossis ⁊ crudis in iūcturis coadunatis ⁊ cūglobatis. vnde ⁊ articuli ⁊ iūcture indurant ⁊ quasi nodose efficiunt. ⁊ quādo talis infirmitas est longa/ arthrica solet in manibus generari ⁊ vitariatur. si fuerit diuturna. vt dicit super amphorū. multa alia incommoda solent manus precipue occupare sicut vesicæ ⁊ h̄mōi sed sufficiant hec. **D**ocolum addendū est qd dicit in amphorū. **M**ulier ambidexter non fit super qd verbū dicit galie. masculi equalit ambobus manibus opantur/ qd a muliere fieri n̄ vidimus nec audiuim⁹/ qd ex sue defectione nature. vix enī est fortis ad opanduz in dextra quantum in sinistra. **M**asculi autē fortes habent nervos ⁊ lacertos in vtroq̄ parte ⁊ calorem habent mulieribus fortiozem ⁊ ideo sepius contingit qd opantur sinistra sicut ⁊ dextera.

*Causa dex e ymo ad opand*

*Contra manus vni catu*

**D**igitū nūcupati sunt vel quia decem sunt/ vel decenter iuncti existūt habent inter se numerum ⁊ ordinē decentissimum (vt dicit **I**sidorus)  
**P**ollex pollex vocatur/ eo qd inter ceteros virtute plus polleat ⁊ preualeat potestate. **S**ecundus index et salutaris dicitur siue demonstratiuus. quia illo fere omnes salutamus ⁊ omnia demonstramus. **T**ertius est medius qui ⁊ impudicus. **Q**uartus est anulans. qd eo anulatus geritur. **D**icitur etiaz medicus vt medianalis. quia eo colina ⁊ medicis colliguntur.

Quibus est auricularis sic dicitur. qz eo aures  
 scalpimus vt dicit isidorus. Componuntur aut  
 digiti secundū constan. singuli ex tribus ossibus  
 que sibi inuicem cōcatenantur. et quatuor di-  
 giti sunt quādo cū peccie colliguntur. pollex aut  
 cū brachii interiori cōcatenatione iungitur.  
 Sunt aut moduli inferiores maiores q̄ supi-  
 ores et latiores. sicut portans eo q̄ portat latius  
 et firmitus esse debet. vt dicit constan. Secū-  
dum autem aristo. li. iiii. mobilitas digitorum  
cōueniens est ad recipiendū et retinendū. Sūt  
autem digiti in longitudinem distincti graciles  
inter se diuisi in extremitatibus vnguibz mu-  
niti. et quanto sunt rectiores et flexibiliores/ tā-  
to sunt ad operationes varias aptiores sūt mo-  
dicē carnis ppter motus facilitatem et facilio-  
rem tactuz. qz. nihil facilius in corpe discernit  
inter obiecta tactus/ sicut extremitas digitorum  
et hoc ē forsan ppter viuacitatē neruoz q̄ in di-  
gitoz sūmitant? reflectunt. et ppter carnis in di-  
gitorum extremitatibus leuitatem (vt dicit con-  
stantinus) hnt etiam digiti hoc propriū q̄ ante  
abū sūt grossiores q̄ post abum. vnde et anu-  
lus qui propter sui cōstructionē vit ante prādū  
um depōit de facili poterit post abū amoueri  
sicut dicitur sup amphozis. Item dicit ar. li.  
vii. Aues aquarice habēt inter digitos quasi  
coriū. et corū mansio est in aqua et aues habē  
tes digitos diuisos manēt ppter secus aquā  
et abantur et eo quod crescat in terra. et iste nō  
comedunt carnē nec viuūt q̄ rapina sicut aues  
hntes curuos vngues in digitis que comedunt  
ois aialia que pūt venari et viuūt sanguine. s3  
tamē nō comedūt se inuicē sed parāt aub? sui  
generis. qd non faciūt pisces. qm̄ sepe come-  
duūt alios sui generis.

**U**ngula est pars digiti extrema i su-  
 periori parte digitorum collocata  
 (vt dicit constan.) cū carne et cute si-  
 bi vicine est iuncta. cuius ligamenta sūt cor-  
 dosa. veniunt enī ad vngulas vene /nerui/ et  
 arterie vt eis dent sensum/ et naturale iuamen-  
 tum. hanc incrementū longum est enarra-  
 re atq̄ latum quantitati autem digitorum pro-  
 portionatum qd autem superexcessat et neruo-  
 rum tactum transit. nihil sentit. et iō sine dolore  
 prescindi se permittit. Nā vngule incrementū et  
 nutrimentū est simile nutrimento piloz. et ideo  
 excedunt in crescendo extrema digitorū vt dicit  
 constan. generatur autem a quibusdā fumosita-  
 tibus a corde resolutus vsq̄ ad digitorū extremi-  
 tates circūfusis. vbi fumositates ingrediētes ex-  
 teriori aere deficcantur. et in vngule substanti-  
